

23. Cibi potusque tenuissimi fuit potusque maxime, dum ebrietatem in omnibus detestaretur, in se maxime devitaret. Inediam ieiuniaeque pati non poterat, crebro reficiebatur, sed parce semper atque tenuiter; convivia tantum precipuis sollemnitatibus celebravit et ea opipara ac sp̄(l)endida magno convivarum numero. Feris, quae
485 venatu captae essent, libenter vescebatur. Coenae suae nunquam defuit lectio et ea praesertim, quae historias narraret et regum, principum imperatorumque gesta contineret; hos enim aemulari maxime studebat. Augustini libris admodum delectabatur atque illis inprimis, qui *De civitate Dei* inscripti sunt. Interdiu paululum fere semper
490 quiescebat, ut noctis tempora, quibus saepe curis expergefactus vigilabat, suppleret.

Perhumanus, ut aiunt, erga omnes fuit; nam seu a somno surgeret seu aliquid |
fol. 15^v naturae necessarium impenderet, libere omnes admittere, nullum repudiare et saepe dum amictum, dum calceos apponeret, lites definivit, inimicos reduxit in gratiam.

24. Naturalis illi facundia fuit, quam uberiorem ornatoremque multarum linguarum idiomatumque cognitione reddidit. Latinam linguam ita edidicit, ut illam eque ac Gallicam sciret, Graeca verba intelligebat melius quam exprimeret.
495

Artibus, quas liberales vocant, maxime operam dabat, ingeniis favebat et litteratos homines hinc premiis, hinc honoribus ut alter Caesar afficiebat. Albinum, Alconium cognomento et diaconem in arte oratoria praeceptorem habuit, in grammatica vero
500 Petrum Pisanum, utrunque doctissimum. Astronomicam quoque didicit et planetarum cursus, tabellas ceratas penes se semper habuit, ut cum sibi vacuum esset, dictaret quippiam et scriberet.

25. Cerimonias Christianas decretaque pontificum optime calluit piissimusque in Deum fuit; nam templum magnifici operis intra regiam suam construxit, quod auro

485 spendida L 486 vescebatur L 488 ad modum L 489 in primis L 495 idiomatumque L
498 Alconium L

482–493 Einh. Vita 24 *In cibo et potu temperans, sed in potu temperantior, quippe qui ebrietatem in qualicumque homine, nedum in se ac suis, plurimum abhominabatur. Cibo enim non adeo abstinere poterat, ut saepe quereretur noxia corpori suo esse ieiunia. Convivabatur rarissime, et hoc praecipuis tantum festivitatis, tunc tamen cum magno hominum numero. Caena cotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur, praeter assam, quam venatores veribus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter caenandum aut aliquod acroama aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum res gestae. Delectabatur et libris sancti Augustini, praecipueque his qui de civitate Dei praetitulati sunt. Aestate [...] velut noctu solitus erat, duabus aut tribus horis quiescebat. Noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinque non solum expergescendo, sed etiam desurgendo interrumpere. Cum calciaretur et amicaretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam, si comes palatii litem aliquam esse diceret, [...] statim litigantes introducere iussit et, velut pro tribunali sederet, lite cognita sententiam dixit; [...]* 494–502 Einh. Vita 25 *Erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus etiam peregrinis linguis didiscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aequae illa ac patria lingua orare sit solitus, Graecam vero melius intellegere quam pronuntiare poterat. [...] Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis adficebat honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento*

23. Im Essen und Trinken war er äußerst maßvoll, ganz besonders im Trinken, weil er Trunkenheit bei allen verabscheute und besonders bei sich selbst vermied. Hungern und Fasten konnte er nicht ertragen; häufig stärkte er sich, aber immer bescheiden und maßvoll. Gelage veranstaltete er nur bei besonderen Festlichkeiten, dann aber prächtig und glanzvoll mit einer großen Zahl von Gästen. Wild, das man auf der Jagd erlegt hatte, aß er gerne. Bei seinen abendlichen Mahlzeiten wurde immer vorgelesen, besonders aus jenen Werken, die von der Geschichte erzählten und die Taten von Königen, Fürsten und Feldherren enthielten, denn diesen eiferte er in besonderer Weise nach. Große Freude fand er an den Büchern Augustins, besonders an jenen, die „Vom Gottesstaat“ betitelt sind. Tagsüber hielt er immer ein kleines Schläfchen, um sich für die Nacht zu entschädigen, in der er oft von Sorgen wachgehalten wurde.

Er war allen gegenüber, wie es heißt, sehr freundlich; denn ob er sich gerade aus dem Schlaf erhob oder seine Notdurft verrichtete, er ließ alle großzügig zu sich, wies niemanden zurück und während er Kleidung oder Schuhe anlegte, entschied er oft Rechtsstreitigkeiten und versöhnte Feinde.

24. Er verfügte über eine natürliche Redegabe, die er aufgrund der Kenntnis vieler Sprachen und Idiome bereicherte und veredelte. Die lateinische Sprache lernte er so gründlich, dass er sie ebenso gut beherrschte wie die gallische; griechische Wörter konnte er besser verstehen als sprechen.

Um die Künste, die man „die freien“ nennt, bemühte er sich in besonderer Weise: Er förderte Begabungen und wissenschaftlich gebildeten Männern gab er wie ein zweiter Caesar bald eine Belohnung, bald eine Auszeichnung. Als Lehrer der Redekunst hatte er Albin, der den Beinamen Alcuin trug und Diakon war, für die Grammatik aber Petrus von Pisa, beide äußerst gelehrte Männer. Er studierte auch die Astronomie und den Lauf der Planeten und hatte immer Wachstafeln bei sich, um etwas diktieren und aufschreiben zu können, wenn er Zeit dafür hatte.

25. Die christlichen Feste und päpstlichen Entscheide kannte er sehr genau und gegenüber Gott war er äußerst fromm; denn innerhalb seines Palastes errichtete er eine Kirche, ein großartiges Bauwerk; diese ließ er vollständig mit Gold, Silber und

Alcoinum, item diaconem, [...] virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit, apud quem et rethoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. [...] Temptabat et scribere tabulasque et codicellos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis aduinceret [...] 503–511 Einh. Vita 26 Religionem Christianam [...] sanctissime et cum summa pietate coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani extruxit auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit. Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna debebenda curavit. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad eum validudo permiserat, inpigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur cum qua maxima fierent honestate, aedituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permetterent. [...] Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit.

505 argentoque et gemmis totum adornavit, marmoreas columnas magna cura et impensa
 Roma Ravennaque advexit. Templi Dei frequens adibat et sacella venerabatur, nisi
 adversa valitudine teneretur. Sacrorum antistites maxime admonebat templorum vasa
 summa cura et diligentia custodire, mundare et nullam in his negligentiam pati et ne
 quid his deesset ad divinum cultum, procurabat. Psallendi rationem et disciplinam non
 510 tam docuit quam servavit sua prudentia. Semper enim cum res divina agebatur,
 interesse operam dabat, quoad posset et liceret.

26. Mendicos non tam regni sui fovit suis opibus, sed eos etiam, qui Syriam,
 Aegyptum, Africam, Hierosolimam, Alexandriam et Carthaginem colerent, alendos |
 fol. 16^r suis sumptibus procuravit. Quae <ea> causa potissimum egit, ut tot externorum regum
 515 ac principum sibi amicitias conciliaret admirantium tantam imperatoris pietatem et
 misericordiam, qui et praesentes aleret et absentium mendicitati et inopiae subveniret.
 Templum divi Petri toto orbe celeberrimum, quod Romae constructum est, maxime
 venerabatur; cui munera pene annua ornatissima mittebat.

Fuit non solum humanus, sed etiam humilis. Nam quo tempore imperatoriam
 520 dignitatem a Leone pontifice maximo suscepit, iuravit, si id prescivisset, se nunquam
 templum fuisse ingressum. Callidus et bonus pariter erat, qui et malis bona referret et
 inimicitias dissimularet. Nam cum Romanus populus accepisset imperatorem suum
 illum creatum, id quod ipse certis signis coniiceret, crebris epistolis, quas ad senatum
 dabat, familiaritatem et gratiam illorum venabatur.

525 Cum animadverteret legibus Gallicis multa ad rei p.<ublicae> institutionem deesse,
 Romanos priscos imitatus aliunde sumpsit studiosissime, quod suam perficeret civita-
 tem. Historias veteres et scripsit multas et plures memoriae commendavit.

27. Cum senectus ipsa et frequentes morbi vicinitatem mortis nuntiare viderentur,
 Ludovicum, quem Aquitaniae praefecerat, haeredem unicum Hildrigardae, regem et

512 non iter. L 516 medicitati L 522 dissimilaret L 529 Equitaniae L

512–518 Einh. Vita 27 Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci eleimosi-
 nam vocant, devotissimus, ut qui non in patria solum et in suo regno id facere curaverit, verum trans
 maria in Syriam et Aegyptum atque Africam, Hierosolimis, Alexandriae atque Cartagini, ubi Christia-
 nos in paupertate vivere conpererat, penuriae illorum conpatiens pecuniam mittere solebat; ob hoc
 maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus
 refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat prae ceteris sacris et venerabilibus locis apud Romam
 ecclesiam beati Petri apostoli; in cuius donaria magna vis pecuniae tam in auro quam in argento necnon
 et gemmis ab illo congesta est. Multa et innumera pontificibus munera missa. 519–524 Einh. Vita 28
 Quo tempore imperatoris et augusti nomen accepit. Quod primo in tantum aversatus est, ut adfirmaret se
 eo die, quamvis praecipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si pontificis consilium praescire
 potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna
 tulit patientia. Vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior
 erat, mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos appellando. 525–527 Einh. Vita 29
 Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse [...] cogitavit quae
 deerant addere et discrepantia unire [...] pauca capitula, et ea imperfecta, legibus addidit. [...] Item

Edelsteinen ausstatten und Marmorsäulen mit großer Umsicht und beträchtlichem Aufwand aus Rom und Ravenna herbeischaffen. Gotteshäuser suchte er häufig auf, kleinere Heiligtümer besuchte er gottesfürchtig, außer wenn ihn eine Krankheit davon abhielt. Mit Nachdruck ordnete er den Priestern der Gotteshäuser an, die geweihten Gefäße in den Kirchen mit größter Sorgfalt und Aufmerksamkeit zu hüten, zu reinigen und dabei keine Nachlässigkeit zu dulden; er kümmerte sich darum, dass es diesen für die heiligen Handlungen an nichts fehlte. Für Technik und Kunst des Psalmengesangs gab er nicht so sehr Richtlinien vor, als er vielmehr auf seine Einhaltung achtete, umsichtig wie er war. Denn immer wenn ein Messopfer gefeiert wurde, war er bedacht, daran teilzunehmen, soweit es ihm irgendwie möglich war.

26. Mit seinen Mitteln unterstützte er nicht nur die Bettler in seinem Reich, sondern auch jene, die in Syrien, Ägypten, Nordafrika, Jerusalem, Alexandria und Karthago lebten: Auf eigene Kosten kümmerte er sich um ihre Versorgung. Das tat er vor allem deshalb, um sich die Freundschaft vieler ausländischer Könige und Herrscher zu sichern, die über Mildtätigkeit und Barmherzigkeit des Kaisers staunten, da er sowohl den Bedürftigen in seiner Umgebung Nahrung spendete als auch die Armut und Not der weiter Entfernten linderte. Die auf dem ganzen Erdkreis berühmte Basilika des heiligen Petrus, die man in Rom erbaut hatte, verehrte er in besonderer Weise; er schickte ihr beinahe jährlich die kostbarsten Geschenke.

Er war nicht nur freundlich, sondern auch bescheiden. Denn zu jener Zeit, als er von Papst Leo die Kaiserwürde empfang, bekräftigte er durch einen Eid, dass er das Gotteshaus niemals betreten hätte, wenn er das vorher gewusst hätte. Er war in gleicher Weise schlau und gut, weil er Böses mit Gutem vergelten und über Feindschaften hinwegsehen konnte. Denn als das Volk von Rom erfahren hatte, dass jener zu ihrem Kaiser erhoben worden war, – was er selbst aus gewissen Anzeichen errahnen konnte –, bemühte er sich durch zahlreiche Briefe, die er an den Senat richtete, um dessen Freundschaft und Wohlwollen.

Weil er erkannte, dass die fränkischen Gesetze zur Einrichtung eines Gemeinwesens in vielem mangelhaft waren, ahmte er die alten Römer nach und holte sich auf eifrigste Weise von anderswo, womit er sein Gemeinwesen besser einrichten konnte. Er ließ viele alte Geschichtswerke aufzeichnen und hat noch mehr der Nachwelt erhalten.

27. Als das Alter und sich häufende Krankheiten den nahen Tod anzukündigen schienen, erhob er Ludwig, dem er die Herrschaft über Aquitanien übertragen hatte,

barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. 528–533 Einh. Vita 30 Extremo vitae tempore, cum iam et morbo et senectute premeretur, evocatum ad se Hludowicum filium, Aquitaniae regem, qui solus filiorum Hildigardae supererat, congregatis sollempniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit [...] imperatorem et Augustum iussit appellari. [...] Auxitque maiestatem eius hoc factum et exteris nationibus non minimum terroris incussit.

530 imperatorem creavit, procerum omnium consensu Augustumque iussit appellari. Quod factum et suam auxit maiestatem et externis gentibus terrorem incussit, ne scilicet quippiam in Caroli regnum post eius mortem moliri auderent, novo iam rege et imperatore creato.

fol. 16^v Inter venandum vel aestu vel frigore correptus in febrim incidit. Quam cum more solito se crederet posse diaeta et abstinencia coercere, auxit | potius. Ad febrim enim id morbi genus, quod Graeci *πλευρησιν*, nostri dolorem lateris vocant, accessit et utroque diu depastus morbo, tandem diem suum obiit natalis sui anno septuagesimo secundo, regni vero et imperii quadragesimo septimo.

28. Cuius corpus pro regia dignitate et imperatoria maiestate humatum est in 540 templo beatissimae virginis Mariae, quod in regia sua miro opere construxerat. Sepulchro marmoreo tam ipsius imaginem quam huiuscemodi epitaphium insculpsere: *Hic iacet corpus Caroli Magni imperatoris Christianissimi, qui Gallorum regnum dilatavit et belli pacisque artibus super septem et quadraginta annos feliciter administravit*. Eius tumulo arcus superinductus est mira arte ingenioque fabricatus.

545 29. Ante vero illius obitum plura visa sunt prodigia: solis et lunae crebra *ἐκλήψις*, sol atris maculis aspersus apparuit. Porticus, quam inter basilicam et regiam operosa arte construxerat, subita ruina collapsa est; pons Rheni, quem ipse decennali opere apud Maguntiam fecerat, igne de caelo lapso poenitus consumptus est; gerenti sibi cum Saxonibus bellum adversum Gotofredum regem ante solis ortum cometa apparuit, 550 cuius aspectu territus equo elapsus est, non sine gravi corporis collisione; terrae motus creber auditus; aurea pila, quae in templi pin(n)aculo posita erat, fulgore tacta corrui;

534 oestu L 544 fabricatus] interea nationis dominicae anno octingentesimo decesset *add. L; expunxi* 549 Godofricum L 551 pinaculo L | fulgere L

530 **Acc. p. 122** summo consensu omnium principum Augustum appellavit 534–538 **Einh. Vita 30** [...] *non longe a regia Aquensi venatum proficiscitur* [...] *Cumque ibi hiemaret, mense Ianuario febre valida correptus decubuit. Qui statim, ut in febribus solebat, cibi sibi abstinenciam indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Greci pleuresin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo, postquam decubuit, die, sacra communione percepta, decessit, anno aetatis suae septuagesimo secundo et ex quo regnare coeperat quadragesimo septimo, V. Kal. Februarii, hora diei tertia.* (cf. **Acc. p. 122**) 539–544 **Einh. Vita 31** *Corpus more sollemni lotum et curatum et maximo totius populi luctu ecclesiae inlatum atque humatum est.* [...] *ob honorem sanctae et aeternae virginis, genetricis eius, proprio sumptu in eodem vico construxit. In hac sepultus est* [...] *arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus.* [...] **Acc. p. 122–123** Eius deinde corpus [...] sepultum tradunt arcumque auratum egregieque fabrefactum supra monumentum eius locatum, in quo imago illius sculpta tali epigrammate cingebatur „*Caroli Magni Christianissimi imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum iacet. Hic Francorum regnum septem supra quadraginta annos summa moderatione ac iustitia administravit, idque belli pacisque artibus magnopere auctum posteris suis reliquit.*“ 545–551 **Acc. p. 123** Paulo ante obitum eius multa prodigia visa dicuntur [...] et auream pilam, quae in culmine religiosissimi templi locata erat, fulgure tactam et deiectam tradunt. 545–553 **Einh. Vita 32** *Adpropinquantis finis complura fuere prodigia* [...] *et solis et lunae creberrima defectio et in sole*

den einzigen Erben nach Hildegard, zum König und Kaiser und ließ ihn mit der Zustimmung aller Adeligen den Titel „Oberkaiser“ führen. Dieses Vorgehen mehrte sein Ansehen und flößte den fremden Völkern Respekt ein, so dass gegen das Reich Karls nach seinem Tod gewiss niemand etwas zu unternehmen wagte, weil bereits ein neuer König und Kaiser eingesetzt war.

Als er einmal auf der Jagd war, wurde er entweder wegen der Hitze oder der Kälte von Fieber befallen. Obwohl er meinte, dies in der gewohnten Weise durch Diät oder Fasten eindämmen zu können, wurde es noch stärker. Denn zum Fieber gesellte sich die Krankheitsart, welche die Griechen *Pleuresis*, die Unseren Seitenschmerzen nennen; von beiden Krankheiten durch lange Zeit geschwächt, starb er schließlich in seinem zweiundsiebzigsten Lebensjahr, im siebenundvierzigsten Jahr seiner Herrschaft als König und Kaiser.

28. Sein Leichnam wurde entsprechend der Würde eines Königs und dem Ansehen eines Kaisers in der Kirche der heiligsten Jungfrau Maria beigesetzt, die er in seinem Palast in wunderbarer Meisterschaft hatte errichten lassen. Auf dem Marmorgrab ließ man sein Bildnis und eine Grabinschrift mit folgendem Wortlaut einmeißeln: „Hier ruht der Leib Karls des Großen, des allerchristlichsten Kaisers, der das Reich der Gallier vergrößert und in Kriegs- und Friedenszeiten über siebenundvierzig Jahre lang kundig und glücklich regiert hat.“ Über seinem Grab wurde ein Bogen eingezogen, den man in wunderbarer Kunstfertigkeit und Meisterschaft ausgeführt hatte.

29. Vor seinem Tod aber sichtete man zahlreiche Vorzeichen: häufige Sonnen- und Mondfinsternisse, die Sonne zeigte sich mit schwarzen Flecken besprenkelt. Die Säulenhalle, die er zwischen Basilika und Palast mit aufwändiger Kunstfertigkeit erbaut hatte, stürzte ganz plötzlich in sich zusammen; die Brücke über den Rhein, die er in zehnjähriger Arbeit bei Mainz hatte errichten lassen, wurde durch ein vom Himmel herabfallendes Feuer zur Gänze zerstört; als er gegen die Sachsen und König Gottfried Krieg führte, erschien vor Sonnenaufgang ein Komet, bei dessen Anblick er erschrak, vom Pferd stürzte und sich dabei schwere körperliche Verletzungen zuzog; häufig hörte man Erdbeben; die goldene Kugel, die auf dem Giebel der Kirche

macula quaedam atrii coloris septem dierum spatio visa. Porticus, quam inter basilicam et regiam operosa mole construxerat, die ascensionis Domini subita ruina usque ad fundamenta conlapsa. Item pons Rheni apud Mogontiacum, quem ipse per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, [...] ita tribus horis fortuito incendio conflagravit [...]. Ipse quoque, cum ultimam in Saxoniam expeditionem contra Godofridum regem Danorum ageret, [...] vidit repente delapsam caelitus cum ingenti lumine facem a dextra in sinistram per serenum aera transcurrere. [...] subito equus, quem sedebat, capite deorsum merso decidit eumque tam graviter ad terram elisit, ut [...] levaretur. [...] Accessit ad hoc creber Aquensis palatii tremor [...] Erat in eadem basilica [...] epigramma sinopide scriptum, continens, quis auctor esset eiusdem templi, cuius in extremo versu legebatur: KAROLUS PRINCEPS. Notatum est a quibusdam eodem, quo decessit, anno paucis ante mortem mensibus eas, quae PRINCEPS exprimebant, litteras ita esse deletas, ut penitus non apparerent. Sed superiora omnia sic aut dissimulavit aut sprexit, acsi nihil horum ad res suas quolibet modo pertineret.